

factis tempore sui predecessoris, salvo quam ut supra dictum est, et si fuerit recepta vel inquisitio facta, sit ipso iure nullius valoris; salvis semper acussis denuntiationibus et inquisitionibus scriptis in libris ad maleficia nondum determinatis et diffinitis;

5 salvis acussis denuntiationibus et inquisitionibus de homicidio furto robaria et membro mancho, super quibus et de quibus dominium procedere possit debeat et teneatur secundum formam statuti Tergesti, aliquo termino vel tempore elapso non obstante; salvis delictis contentis in statutis, in quibus statutis spetialiter est expressum quod acuse aliter debeant fieri et aliter

10 procedere, nam ut in ipsis statutis spetialibus exprimitur, volumus observari, et per hoc statutum generale nolumus dictis spetialibus in aliquo derogare. ¶ Insuper ordinamus quod accusatio potestatis iudicum vel rectorum, de iniuria in ipsos facta

15 vel dicta, per se sine probatione non sufficiat, set procedi debeat super ipsam secundum formam statutorum Tergesti. ¶ Et nulla vuarentatio potestatis iudicum vel rectorum de maleficio non teneat nec valeat nisi pro teste, sed de iniuria verborum valeat et teneat. ¶ Preterea etiam volumus quod aliqua acusa

20 per aliquem de familia // potestatis facta non valeat nec teneat 117 A nisi pro teste, salvo quam de iniuria in propria persona facta, quam valere et tenere decernimus.

Cap. II. Quod dominus potestas teneatur recipere omnes acusas factas coram eo vel vicariis suis excepto quam de personis infrascriptis.

25

Ordinamus quod quilibet potestas vel eius vicarius aut vicarius loco potestatis teneatur et debeat recipere et scribi facere per notarium maleficii omnes acussas cuiuscunque conditionis, per quascunque sive contra quascunque personas factas,

30 in quaterno maleficii ad hoc deputato, et hoc antequam tales persone acussate sive denunciate proclamantur in excusis. ¶ Salvo quod de personis infrascriptis acusationes recipere non teneatur, videlicet quod, si aliquis Tergesti verb[er]averit

35 sive percusserit uxorem suam sine armis fereis, cum san-